Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Fere

qui dat nobis pluuiam temporaneam et serotinam in tempore suo / ple
nitudinem messis annue custodientem nobis / iniquitates vestre deti
nuerunt hec et peccata vestra prohibuerunt bonum a nobis / quia inuenti sunt
in populo meo impii insidiantes quasi aucupes laqueos ponentes et pedi
cas ad capiendos viros / Sicut decipula plena auibus sic domus
eorum plene dolo / Ideo magnificati sunt et ditati / incrassati sunt et
impinguati et preterierunt sermones meos pessime / Causam viduae
non iudicauerunt / Causam pupilli non direxerunt et iudicium pauperum
non iudicauerunt / Nunquid super hiis non visitabo dicit dominus / aut super
gente huiusmodi non vlciscetur anima mea / Stupor et mirabilia
facta sunt in terra / prophete prophetauerunt mendacium et sacerdotes
applaudebant manibus suis et populus meus dilexit
talia / Quid ergo fiet in nouissimo eius / Vsque. VI

Confortamini filii beniamin in medio ierusalem / et in the
cua clangite tuba / et super bethacharem leuate vexillum
quia malum visum est ab aquilone et contritio magna / Speciosam
et delicatam assimilauit filiae sion / ad eam venient pastores et greges
eorum fixerunt in ea tentoria in circuitu pascet vnusquisque
eos qui sub manu sua sunt / Sanctificate super eam bellum / exsurgite
et ascendamus in meridie / Ve nobis quia declinauit dies longiores facte sunt
umbre vespere / surgite et ascendamus in nocte et disperdamus do
mos eius / quia hec dicit dominus exercituum / Cedite lignum eius et fun
date aggerem ierusalem aggerem / Hec est ciuitas visitationis omnis
calumnia in medio eius / Sicut frigida facit asterna aquam sua
sic frigida fecit malicia eius / iniquitas et vastitas audiet
in ea coram me semper infirmitas et plaga / Erudire ierusalem /
ne forte recedat anima mea a te ne forte ponam te terram desertam et in ha
bitabilem / hec dicit dominus exercituum / Vsque ad racemum colligent
et quasi in vinea reliquias israhel / Conuertere manum tuam quasi
vindemiator ad cartallum / Cui loquar et quem contestabor ut au
diat / Ecce incircumcisi aures eorum / et audire non possunt / Ecce verbum
domini factum est eis in opprobrium et non suscipiunt illud / Ideo furore
domini plenus / laborauit sustinens / effunde super parvulum
foris / et super concilium iuuenum simul / Vir cum uxore mulier